

469.

Tauschvertrag zwischen Landgraf Ludwig III. und dem Kloster Hasungen. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann, Bruder des Landgrafen. 1182.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Phot. H. St. A. S. = Taf. XI. 2.

Ut ad nostre posteritatis noticiam, que geruntur a nobis, negocia cerciora⁵ per-
veniant, litterarum ea memorie | commendamus et inscriptis eorum nominibus ac testi-
moniis, qui gestis negociis astiterunt, futurorum calumpniis obviamus. | Sciant igitur tam
presentes quam futuri, quod ego Lödewicus tercius Thuringie lantgravius cum domino
Alberto venera|bili abbate in Hasungen conventu fratrum consentiente concambium feci
prediorum in Everharderot, que ipsi ecclesie in Hasungen prius attinuerunt, tam in agris 10
quam in silvis datis sibi in restaurum prediis meis in villa, que vocatur Salzaha, in redi-
tibus quolibet anno xxx solidos valentibus ea facta conventione, ut predicta bona, que ipsi
mancipavimus ecclesie, nullo unquam teneantur iure vel advocati vel scultheti, sed libere
in perpetuum ipsi deserviant ecclesie sub nostro nostrorumque tutamine successorum.
Factum est hoc concambium anno dominice incarnationis m̄cLxxxi, indictione xv̄, anno 15
decennovenalis cicli v̄, Lucio apostolico, Romanorum imperatore Friderico, Mogontino
archiepiscopo Cristiano, abbate in Hasungun ipso Adelberto. Ne igitur hoc factum tam
ratum quis in irritum revocare presumeret, in posterum testes adhibuimus viros venerabiles
tam clericos quam laicos, quorum nomina hec sunt. Meingoz custos ipsius ecclesie.
Godescalc cellerarius. Cünradus presbiter. Magister Gumbertus. Lûdowicus. Heiden- 20
ricus capellanus. Heremannus frater lantgravii palatinus. Edelgerus comes in Ylevelt.
Henricus comes in Svarzburc. Wicgerus comes in Bilstein. Lûdowicus comes in Lare.
Burchardus comes in Wartberc. Gyso in Gûdenesberc. Udo in Dobstete. Ekkehart in
Goderen. Arnolt in Nuwenburc. Gerlach in Cassela. Meginwart in Wolfesanger.
Henricus in Balehornun. 25

(SJFR.)

470.

Landgraf Ludwig bestätigt die Schenkung einer Hufe in Risen an das Kloster Lausnitz. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann. 1182.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. Phot. H. St. A. S. = Taf. XI. 2. 30

Anm.: Die Zeugen — von Heremannus an — und die Datirung von anderer Hand.

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Lodewicus dei gratia lantgravius |
provincię Turingorum ingenuis mediocribus simul in unum dives et pauper | presentibus,
ut intelligant futuris, ut meminerint de verbo et nostra donatione, | quam inconvulsam
omni deinceps evo decrevimus permanere. Larga siquidem divine misericordię dispen- 35
satione salubriter nobis provisum confidentes, ut videlicet de presentis mundi mammona
fideles Christi nobis amicos, dum possumus facere, non negligamus et voluntarię nostre